



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CLXV. Polnische Magnaten verbürgen sich für den von Herrn Stibor im
Auftrage des Königs Siegmund an den König Wladislav von Polen
vorgenommenen Verkauf der Neumark, am 14. Februar 1402.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

CLXV. Polnische Magnaten verbürgen sich für den von Herrn Stibor im Auftrage des Königs
Siegmund an den König Wladislaw von Polen vorgenommenen Verkauf der Neumark,
am 14. Februar 1402.

Nos Sandzivogius de Schubino, Palatinus Califfiensis, Moscicz de Stanischow, Castellanus Posnaniensis, cum Hugone, Fratrem germano, et Mathias de Lubischino ad universonum notitiam per hec scripta deducimus, Quomodo Magnificus Dominus Stiborius de Stiborzyce, Comes Pozonie, amicus nostre carissimus ex parte Serenissimi Principis, Domini Sigismundi, Regis Hungarie etc., cum plena potestate, quam sibi contulit ad obligandum Terram Nove Marchie ad Excellentissimum Principem Dominum Vladislaum, Regem Polonie, Dominum nostrum gratiosissimum veniens, infrascriptum ordinem cum ipsa Celitudine fecit, pro cuius maiori firmitate. Nos eidem Domino Vladislao, Regi Polonie et ipsius Regno in fideiussoriam locavit conditionem. In quo Ordine taliter extitit definitum, quod eidem Domino Vladislao, Regi Polonie, et ipsius Regno Terram Nove Marchie cum omnibus Civitatibus, Castris, Munitionibus, Oppidis, Villis, Prediis, Dotibus, Juribus, Dominiis, pertinentiis, coherentis et appendiis quibuslibet, nec non Feudis et Feudalibus, Vasallis, Homagialibus, cum quibus ipsam Dominus Sigismundus, Rex Hungarie, tenuit, nihil penitus excludendo, nomine eiusdem Domini Sigismundi, Regis Hungarie, in decem millibus Marcarum numeri Polonialis latorum grossorum, idem Dominus Stiborius obligavit, cuius possessionem duabus septimanis post festum Pasche proxime affuturum eius Celitudini vel ipsius Capitaneo ad hoc per eum deputato dare promisit sine dolo, cui etiam Domino Vladislao ad Festum Sancti Georgii proxime venturum omnes Vasallos, Feudales, Homagiales, Terrigenas, Nobiles et Cives Civitatum eiusdem terre Nove Marchie ad prestandum Homagium super fidelitate tenenda per se vel per alium adducere se astrinxit. Ipse autem Dominus Vladislaus, Rex Polonie pro hac vice quatuor millia Marcarum ad rationem eorundem decem millium assignavit, numerata iam de facto. In quibus idem Dominus Stiborius ipsum et Regnum ipsius certum reddere cupiens, ipsius Celitudini pura fide et inviolabili sponcione una Nobiscum promisit, quod si aliquo casu seu eventu interveniente, utpote si Domino Sigismundo, Regi Hungarie, aut eidem Domino Stiborio mors, aut captivitas, quod Deus auferat, acciderit, ita quod possessionem eiusdem Terre Nove Marchie ad tempus prescriptum, videlicet duabus septimanis post Festum Pasche eidem Domino Vladislao, et eius Regno dare differret, aut non posset, extunc Nos manu coniuncta et in solidum predicta quatuor millia Marcarum eidem Domino Vladislao, Regi Polonie, in Cracovia duabus septimanis post Festum Pasche proximum promittimus restituere et reponere sine dolo. Ipse autem Dominus Stiborius omnia Bona hereditaria et possessiones tam proprias, quam etiam Fratris et Filiastrorum suorum, que in Regno Polonie obtinet, eidem Domino Vladislao, Regi Polonie et Regno ipsius sine omni contradictione, ac sine spe restitutionis debet perpetuo resignare. Nos autem si predicta quatuor millia Marcarum numeri Polonialis latorum grossorum, ad tempus predictum eidem Domino Vladislao restituere et reponere neglexerimus, extunc Nos Sandzivogius, Palatinus Califfiensis, possessionem Oppidi Plefchow cum omnibus Villis et pertinentiis ipsius, etc. et Nos Moscicz cum Hugone, Fratrem nostro, omnium Bonorum nostrorum et possessionum quarumlibet preter Oppidum Stanischow, Nos vero Mathias de Lubischin similiter omnium Bonorum hereditariorum, ac possessionum quarumlibet nostrarum excepto solo Oppido Lubischin intromissiones seu possessiones eidem Domino

Vladislao, vel cui ipfius Serenitas commiferit, dare Nos submittimus et fubmittimus firmiter per hec fcripta. Que quidem Bona utriusque noftrum hic defcripta, fi ab ipfo Domino Vladiflao in quatuor millibus Marcarum predictarum infra biennium non liberaverimus, extunc ipfa bona noftra huiusmodi ad ipfum Dominum Regem Vladiflaum et eius Regnum perpetuo pertinebunt, que ipfius Celfitudini tenore Prefentium exnunc, prout extunc, perpetue resignamus. In cuius rei testimonium Sigilla noftra Prefentibus funt appenfa. Datum Cracovie, feria tertia proxima poft Dominicam Invocavit, Anno Domini millefimo quadringentefimo fecundo.

Rach Degiel, Cod. Pol. I, 596.

CLXVI. Ulrich, Erbherr von Driefen, unterwirft ſich der Krone Polen, am 25. Mai 1402.

Nos Ulricus, Heres de Dresno, ad vniverforum notitiam per hec fcripta deducimus: quod matura deliberatione, non aliquo errore feducti, fed ex certa feientia, voluntateque ultronea de confilio Genitricis noftræ cariffime, Sereniffimum Principem, Dominum Vladiflaum, Regem Polonie, Dominum noftrum gratiofiffimum in Dominum noftrum recepimus, fibique et eius Corone ac Regno Polonie cum Caftro noftro Dreznno perpetuo et homagialiter vna cum Succefforibus noftris, tanquam vero Domino noftro et Herede adherere et fubici, ac verus fubditus et Regnicola ipfius elle promittimus, et eius dominationi fubiicimur, vt promittitur homagialiter tenore Prefentium mediante. Cui quidem Domino Vladiflao et eius Regno homagium et fubiectionis ac obedientie debitum fuper fidelitate tenenda preftitimus per Nos et Succeffores noftros inuolabiliter, et perpetuo tenendum more folito et confueto. Ita quod preter ipfum Dominum Vladiflaum et eius Succeffores ac Coronam Regni Polonie, nullum Dominum aut Heredem et Protectorem debemus queritare, fed ipsis tanquam verus fubditus, et homagialis fideliter adherere et eos ab omnibus infultribus quorumlibet inimicorum premunire. Eo etiam non obmiffo, quod de Caftro noftro predicto Dreznno toto noftro poffe de commodis ipfius Domini Regis et Terrarum eius curabimus providere, et ipfum ac Terras ipfius ab omnibus incommodis, difpendiis atque dampnis toto poffe noftro, ut premittitur, premunire, Eo fpecialiter addito et expreffo, quod fi Nos mori fine Prole contigerit, extunc predictum Caftum noftum Dreznno ad ipfum Dominum Regem Polonie et Coronam ipfius devolvetur. Similiter fi Proles noftre, fi quas Nos habere continget, fine Liberis et Succedaneis morientur, Caftum predictum ad ipfum Dominum Regem et Coronam ipfius perpetue pertinebit, quod ad manus Domini Regis Nobis decedentibus, ut premittitur, tenebitur et regetur, cui quidem Domino Regi Burgrabius nofter prefens vna cum Conforte et Comite noftris, cum eodem Caftro noftro ad manus Sandziwogii de Oftrorog promiffionem facient, fimiliter et ceteri Burgrabii in ipfo Caftro eligendi et ftatuendi pro parte Domini Regis ipfi Domino Sandziwogio promiffiones fuper obedientia et fidelitate tenenda cum ipfo Caftro facient fideliter et preftabunt, promittentes infulper, quod pro neceffitate ipfius Domini Vladiflai Regis et Corone Regni Polonie, predictum caftum noftum Dreznno, ad repellendas quorumlibet inimicorum ipforum infuldias volumus concedere et ipfum fibi tanquam proprium eius, quotienscunque